

via Molnár Nánd
H-5

Sokos

P. VERGILI MARONIS

BUCOLICA ET GEORGICA

IN USUM SCHOLARUM

T/278.

RECOGNOVIT

OTTO RIBBECK.



IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVII.

V. A. S. / V. A.
2287
V. A.

ECLOGA I

MELIBOEVS.

TITYRVS.

- A α M. Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
silvestrem tenui musam meditaris avena:
nos patriae fines et dulcia linquimus arva. 5
 β nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
formonsam resonare doces Amaryllida silvas.
 α' T. O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.
namque erit ille mihi semper deus, illius aram
saepe tener nostris ab ovibus imbuet agnus.
 β' ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
ludere quae vellem calamo permisit agresti. 10
B α M. Non equidem invideo, miror magis: undique totis
usque adeo turbatur agris. en ipse capellas
protenus aeger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco.
 β hic inter densas corulos modo namque gemellos
spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit. 15
 β saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisse,
de caelo tactas memini praedicere querusc.
 γ' sed tamen iste deus qui sit da, Tityre, nobis.
T. Vrbem quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus 20
pastores ovium teneros depellere fetus.
sic canibus catulos similes, sic matribus haedos
noram, sic parvis componere magna solebam.
 β' verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,
quantum lenta solent inter viburna cupressi. 25
 γ' M. et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?
T. Libertas, quae sera tamen respexit inertem,
candidior postquam tondenti barba cadebat,

RIBBECK, VERGIL.

1



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.